

### **De mole simulata neutri et protii**

Chadwick seriem experimentorum peregit quae radiationem neutri demonstraverunt consistere ex particulis inertibus molis eiusdem fere ut protii. Chadwick Praemium Nobel propter hoc inventum in anno 1935 cepit. Haec est magna causa cur ex perceptionibus quae nunc sunt axioma sit et prota et neutra consistere ex triplice quarcorum.

In libello nostro neutron consistere, perceptiones quae nunc sunt nihilominus, ex quadruplici quarcorum (2 sursum, 2 desuper sita) differimus.

Magni momenti est intellegere secundum Einsteinii notionem nullam talem rem esse qualem molem. Molis tantum est vis quae fit in statu peculiari quae in terra apparet. Newton hunc statum peculiarem legibus\* eius modo praeclaro descripsit.

Curvatura neutri terrestri eadem esse ut curvatura protii terrestri videtur quod speciem similem fere habent. Item hac in curvatura particulis (1 db et aliis) feriuntur. Coniunctiones particularum celeritatem neutri vel protii tardabunt. Omnis coniunctio celeritatem neutri vel protii quod est in curvaturis quae sunt circa planetem terram imminuit. Omnis coniunctio rem in curvaturam inferiorem circa planetem terram feret. Ratio consistit cum neutron vel proton terrae superficiem ferit. In terrae superficie neutron vel proton eandem celeritatem ut terrae superficies et in paribus curvaturis manebunt.

***\*In mechanicis Newtonianis vis centrifugalis est vis iners ('ficta' quoque aut 'falsa' vis vocata) ab axe rotationis aversa quae in omnes res agere apparet cum in rotatione videtur. Omnes mensurae loci et celeritatis secundum compagem quandam rationis calculandae sunt. ([https://en.wikipedia.org/wiki/Centrifugal\\_force](https://en.wikipedia.org/wiki/Centrifugal_force)).***

Jelle Ebel van der Schoot et Gerhard Jan Smit, 19 January 2017, New Zealand, Netherlands.  
Translatio Latina: Joseph James Brazauskas, Gardner, Massachusetts, USA.

[www.dbphysics.org](http://www.dbphysics.org)